Nicht weniger Aufschluß über die tiefe Ehrlichkeit seiner eigenen beruflichen Gesamteinstellung vermitteln folgende Bemerkungen über das mögliche Glaubenserlebnis zumal des Gottesgelehrten: « difficilius est rustico credere; sed in theologo compensatur illud meritum, quia scilicet hoc quod est inquirere rationes ad ea quae sunt fidei, est meritorium. Unde sanctus Thomas dicit quod illud est signum maioris meriti; non dicit quod illud sit magis meritorium quam credere. Unde sequitur quod in theologo ex una parte augetur meritum in credendo, et ex alia parte minuitur. Patet hoc, quia cum ipse quaerit rationes ad ea quae sunt fidei, invenit alias quae videntur repugnare. Unde quaerens quomodo virgo potuit parere, invenit rationes contra illud; et rusticus nihil illorum novit. Unde non sequitur quod theologus minus mereatur quam rusticus; immo illud arguit maius meritum in theologo » (q. 2. a. 10. n. 3). Hier zeigt sich die grundsätzliche Überzeugung von der Notwendigkeit einer schlußendlichen Beugung des Intellektes auch des Theologen, einer wesentlich der jedes anderen Gläubigen gleichen Beugung und Unterordnung unter das durch Gottes Offenbarungswort gegebene Objekt gemäß dem sachlichen Sinngehalt des Offenbarungswortes, mag das Beispiel schon nicht eines der unfaßbarsten Glaubensgeheimnisse sein und dessen gläubige Bejahung heute vielleicht nicht mehr so schwer fallen wie zur Zeit einer minder fortgeschrittenen Naturerkenntnis 1. Vitoria hält sich frei von der Illusion jener, die in persönlicher Spekulationsfreudigkeit und vermeintlicher theologischer Tiefenschau oder Zusammenschau über das vom Glauben geforderte « sacrificium intellectus » großenteils sich hinwegtäuschen. Die den Glauben des Theologen betreffende Überlegung Vitorias zeigt gleicherweise schlaglichtartig, wie sehr er jener rationalisierenden Geistesart fernesteht, die in verschiedenen Epochen der Theologiegeschichte immer wieder ihre typischen Vertreter hatte, welche die Aufgabe ihrer Wissenschaft im Bemühen zu finden meinten, den Glauben « tragbarer » zu machen, seine Lehren unterschieds- und schrankenlos mit den reinmenschlichen Wissenschaften zu « versöhnen », in « Übereinstimmung » zu bringen, statt dessen allfällig unaufhebbare Aporien eben schlicht

¹ Vgl. was Vitoria selber q. 8. a. 2. n. 3 sagt: « Iste non est articulus fidei: 'virgo peperit', sed: 'virgo peperit Deum' und q. 1. a. 6. n. 2: 'non omnia revelata nec omnes propositiones expressae in scriptura sunt articuli, proprie loquendo de articulo... articulus proprie dicitur propositio illa in qua proponitur credendum id quod est principale in fide nostra.»

zu tragen, ja allenfalls sogar kräftig zu unterstreichen und erst recht herauszumeißeln. Genuine Theologie kann göttliche Offenbarung weder verharmlosen lassen noch gar selber einen solchen, geradezu widersinnigen Versuch anstellen. Am entsprechenden Ort hat sie vielmehr in ihrer Art mit einer gerade ihren Mitteln vorbehaltenen Intensität und Eindringlichkeit dem paulinischen Programm zu dienen, das da heißt: Menschendenken gefangensetzen zur Unterwerfung unter Christus (2 Kor. 10,5). Gegenteilige Versuche einer «Aussöhnung», «Anpassung », « Ausgleichung » müssen in solchen Fragen den, der sie unternimmt, wenn er den Gegenstand seiner Denkarbeit wirklich kennt, unausbleiblich zur Unwahrhaftigkeit führen: er muß es bald merken, daß er diesen seinen Gegenstand nicht etwa legitim «deutet », ihn nicht «in Einklang bringt » mit beliebigem angeblich gesichertem Menschenwissen, «Fortschritt», «Zeitgeist» und was immer, sondern ihn zerdeutend umfälscht und verrät. Auch Vitoria lebte ja in einer gärenden Zeit geistiger Wende und auf mehrfachen Gebieten soeben vollzogener kühner Neuerungen, aber in all dem Umbruch steht sein Urteil über wesentliche Dinge, unantastbare Wahrheit, unverblichene Werte urwüchsig fest. So ist er aus unbeirrter Intelligenz, gebunden an Gott und darum dem Hinundher der Welt gegenüber frei, richtunggebende Persönlichkeit geworden, Sammler neuer Kräfte um ewige Ideale.

Vitoria kann das ihn beseelende Wahrheitsstreben, die Forderung der ihm entsprechenden strengen Objektivität sehr freimütig bekunden. Wir beschränken uns dafür auf wenige u. E. besonders kennzeichnende Beispiele. Einmal im Traktat von der Caritas muß er den Artikel behandeln « utrum contentio sit peccatum mortale », also über Diskussion und Polemik. Dabei erklärt er unter anderem kurz und bündig: «Scienter impugnare veritatem in disciplinis naturalibus et humanis est mortale ex genere, sicut si quis intelligat opinionem Scoti esse veram, et tamen teneret contrarium cum s. Thoma, est mortale ex se. Ratio est quia est contra caritatem proximi docere eum falsa et decipere . . . impugnare veritatem adhuc potest esse mortale, dato quod non sit ex intentione. Sed quando provenit ex magna negligentia, v. g. ego volo impugnare doctrinam Scoti; non intendo impugnare veritatem, sed solum doctrinam eius, sed non curo disquirere an sit verum, an falsum: non est dubium nisi quod pono me in periculo impugnandi vera, et per consequens pecco mortaliter, sicut in aliis, quia noceo in re gravi. Et sive sit ex intentione sive ex negligentia, est mortale » (q. 38. a. 1. n. 2 f.). Man muß sich nur bewußt machen, daß ein Theologe aus dem Dominikanerorden so redet, und dazu einer, der aus eigener Initiative seinen Unterricht an die Summa des Aquinaten anschließt statt wie bisher an die Sentenzen des Lombarden, vor einer buntesten Hörerschaft mehrerer Orden, um sowohl seine Autorität bei ihr wie die Kühnheit ermessen zu können, mit der er allenfalls selbst diese seine persönliche Autorität entschlossen der Wahrheit geopfert hätte. Was konnte aber wiederum, objektiv gesehen, zur Stärkung des Vertrauens seines Auditoriums geeigneter sein, als ein Mut zur Wahrheit, der ihn solche Worte finden ließ, von so unpathetisch sachlichem Klang, daß sie wie ein blanker Spiegel sein echtes Wesen und Wollen widerstrahlen? - Einmal erklärt er ohne Blatt vor dem Mund: «Circa solutionem ad secundum, non intelligas quod intellectus non possit singularia cognoscere; sed sensus est singularium, quia solum illa cognoscit; intellectus autem est universalium directe, quia non intelligit singularia nisi per concursum phantasiae, ut dicit Aristoteles; et ideo intelligit singularia, quamvis reflexe. Nam etsi s. Thomas negaret hoc, ego non crederem illi. Et est ratio manifesta ad hoc contra aliquos thomistas, quia ego amo Petrum et Paulum, et certum est quod voluntas non movetur nisi ab actu intellectus » (q. 2. a. 1. n. 4). — Er trägt keine Bedenken, nachdrücklich ein paarmal auf eine Meinungsänderung des hl. Thomas hinzuweisen und ihn zu loben, daß er bei der Berichtigung tatsächlich besser beraten gewesen sei; es handelt sich um die Gaben des Heiligen Geistes: «Notate quod s. Thomas hic revocat sententiam quam in 1.2., q. 68. a. 4 posuit ... sed hic revocat ... illam sententiam et dicit quod intellectus ponitur ad intelligendum non solum speculativa sed etiam practica. Et optime fecit s. Thomas . . . repetit istam quaestionem de qua tractaverat in 1. 2. q. 68. a. 4, sed hic revocat quod illic dixit, et bene revocat ... De distinctione istorum donorum est etiam notandum quod non est facilis quaestio. De hoc enim sunt opiniones. Et s. Thomas diversa dicit hic et in 1. 2. Sed parum refert quomodo quis dicat, dummodo concedamus quod per ista dona habemus aliquos actus quos non haberemus etiam posita fide et virtutibus et gratia ... non tamen est vis facienda an illa distinguantur. Item etiam est superfluus labor thomistarum in isto loco et domini Cajetani in 1. 2. q. 68. a. 4, ubi quaerit ad quod donum pertineat iudicare per causas altissimas ... » (q. 8. a. 3; a. 6. n. 1; n. 4).

In kasuistischen Entscheiden richtet Vitoria sein Augenmerk gleich scharf auf Wahrung sowohl der Forderungen aus dem sittlichen Gebot als solchem wie des Rechtes der Persönlichkeit und auf Fernhaltung von ängstlichen Skrupeln. Seine Auskünfte sind nicht eng, im allgemeinen eher großzügig und mild. Überaus lehrreich für die Gewissenhaftigkeit, mit der er Rechte und Freiheit des Individuums vor rigoristischem Zwang, leichtfertiger Gleichmacherei zu schützen strebt, wären etwa seine fein differenzierten Urteile zur Frage « utrum teneatur aliquis statim restituere» (q. 62. a. 8). Strenger als im Urteil über Privatsachen verfährt er aber in der Regel da, wo das soziale Moment stärker in Mitleidenschaft gezogen erscheint. Den von Skotus vertretenen Standpunkt einer Ablehnung der Kapitalstrafe kann er nicht gutheißen, fügt allerdings im Hinblick auf die Ausleger vorsichtig bei : « Nescio an ita senserit Scotus » (q. 64. a. 2. n. 3 ff.). Eine Gefährdung der Grundlagen menschlichen Zusammenlebens findet er z.B. in gewissen Zugeständnissen über die Erlaubtheit der Mentalreservation und bemerkt zu beigebrachten Exempeln: « Certe hoc esset nimis late intelligere, quia sic nec esset mendacium nec posset mentiri aliquo modo. » Seine Widerlegung geht aus von einer behaupteten Unterscheidung je nach der Person, der gegenüber man zu gedanklichem Vorbehalt greife: «Si mentitur mulier quando respondet praetori, ergo etiam quando interrogatur a marito et illi respondet. Certe puto quod illa mentitur, quia illud quod tu ponis in mente non significatur per illam propositionem; et ideo illa mulier non excusatur a mendacio... Tenendum ergo est absolute quod hoc non licet aliquo pacto, quia sic daretur magna occasio dolis et mendaciis et fraudibus. Et revera cum essem Parisius vel prope, narrata est mihi historia de quodam viro, qui cum desponsaretur cum puella regis, nolebat ducere illam quia habebat illam suspectam quod non esset virgo. Et cum cogeretur a regina quod acciperet illam in uxorem, fuit denique contentus, dummodo iuraret an habuit consuetudinem cum aliquo. Ipsa iuravit quod non, et sic accepit illam in uxorem et mansit bene cum illa per biennium. Sed cum quidam praedicator in quodam sermone diceret quod licebat uti ista cautela secundum praedictam opinionem, certe ille putavit quod mulier sua ita iuravit, et sic nunquam bene mansit cum illa...» (q. 69. a. 2. n. 12). - Sogar eine Art Moral der Geschichtschreibung wird den Hörern zur Erwägung geboten: «De scriptoribus historiarum qui infamant multos post mortem illorum, est dubium an peccent narrando illorum crimina ... Respondetur quod historici possunt ex hac parte gravissime peccare nisi moderate faciant ... adhibita moderatione et prudentia, excusantur historici ut alii capiant exemplum de benefactis aliorum; et si sint mala, ut caveant ab illis. Itaque dato quod histo-

Divus Thomas

rici narrent crimina de quibus sequatur infamia, tamen cum illud vergat in maximum commodum reipublicae ut alii deterreantur, excusantur historici a mortali » (q. 73. a. 2. n. 20).

Auch für die Pflichten in der Verwaltung öffentlicher Ämter legt Vitoria strenge Maßstäbe an. Dies hängt zusammen mit seinem Bestreben, die Gesetzgebung und ihre Handhabung, das Gemeinschaftsleben im Staat und in den zwischenstaatlichen Beziehungen, die innere und äußere Politik usw. möglichst zu versittlichen, besonders aber auch das kirchliche Leben, wo nötig, zu reformieren und dem Ideal näherzuführen, das der von Christus gestifteten religiösen Gemeinschaft, der eigentlichen Heilsanstalt, entspricht.

Zum Beleg dafür, wie sachkundig durchdacht, aber auch freimütig unparteiisch Vitoria in politischen Dingen die sittlichen Richtlinien zur Geltung zu bringen bemüht war, wollen wir uns hier auf Einzelheiten seiner Lehre über Kriegsrecht beschränken, «materia gravis, in qua multum interest scire quid liceat, et quid non », wie er sagt. Und: « Ego gaudeo quod sint bella pro defensione reipublicae. Sed particulari personae, cui ego bene vellem vitam aeternam, nollem quod militaret. » Daß selbst unter Christen Defensivkrieg erlaubt ist, nennt er « conclusio certa », obschon « isti haeretici novi etiam machinentur quod non licet bellare christianis ex illo, 'Non vos defendentes, carissimi, date locum irae' (Rom. 12). Sed hoc est haereticum. » 1 In derlei Fragen hatte Vitoria an hoher Stelle tatsächlich Einfluß, er wurde um Rat angegangen und sein Wort fiel in die Waagschale 2. Er bemerkt hier nebenher, daß er mit einem Mitglied des spanischen Kronrates eine Auseinandersetzung führen mußte, welcher die Erlaubtheit eigentlicher Ausrottung des Feindvolkes, in unseren Tagen hätte man wohl gesagt des « Erbfeindes », vertrat, um einfürallemal einen « guten », gründlichen Krieg durchzufechten, also etwa nach dem jüngst zu trauriger Berühmtheit gelangten Prinzip, der grausamste Krieg sei der kürzeste. « Dubitatur an in illo bello possint occidi innocentes pueri.

¹ S. dazu Relectio de Indis II., De iure belli, Einleit.: « Notandum, quod licet inter Catholicos satis conveniat de hac re, Lutherus tamen, qui nihil incontaminatum reliquit, negat Christianis etiam adversus Turcas licere arma sumere innixus tum locis Scripturae supra positis, tum etiam, quod si Turcae, ait, invadant Christianitatem, illa est voluntas Dei, cui resistere non licet. In qua tamen re non ita potuit imponere Germanis hominibus, ad arma natis, sicut in aliis suis dogmatibus » (Ausgabe Getino II, S. 389).

² Über seine Beziehungen zu hochgestellten Persönlichkeiten und zu Kaiser Karl V. selbst vgl. Getino, El Maestro ..., S. 141 ff.; 219 ff.

Ego contendebam cum quodam de Consilio regio. Dicebat quod hoc esset consulendum, ut omnes interficerentur, ut fierent bona bella ». Das urspüngliche Recht, Krieg zu führen, hat nach Vitoria nicht etwa der König aus persönlichen Gründen, sondern das Gemeinwesen als solches; das ergibt sich aus gesund demokratischer Auffassung: « Potestas principis est a republica. Ubi ergo licet reipublicae bellare, similiter licet regi ... respublica quantum ad ista tria, scilicet ad vindicandum se de hostibus, ad recuperandum sua bona et ad puniendum hostes eamdem habet potestatem in hostes sicut in subditos. Et si hoc potest respublica, potest etiam princeps qui habet potestatem a republica. » Ob ein König sich einmal in die Angelegenheiten eines fremden Staates einmischen könne, wird hier ebenfalls von gesunder demokratischer Einstellung her beantwortet : « An liceat defendere subditos adversus regem quando ab eo iniuste patiuntur? An liceat bellare contra regem? — Respondeo, si res est dubia, non licet, quia esset turbare rempublicam si liceret principibus aliis pro quocumque bellare qui de rege conquererentur. Praeterea, quia iudex causae est ipse princeps. Non ergo debet hoc determinari ab aliis. Secundo dico, quod si constat quod subditi iniuste patiuntur a rege, licet principibus agere bellum contra regem eorum. Et in universum, quando subditi habent ius bellandi contra regem, licet principibus bellare pro populo. Ratio est quia populus est innocens, et principibus de iure naturali licet defendere orbem ne fiat ei iniuria. Et ita factum est tempore Petri regis Hispaniae. Erat tyrannus; rex Gallorum bellavit contra Petrum regem pro alio filio. » Darf aber etwa auch ein fremder König einem Fürsten gegen einen dritten Souverän helfen? Vitoria scheut sich nicht, dafür nach einem Fall von aufregender Aktualität zu greifen: «Dubitatur hic, quando res est aliena, utputa ducatus Mediolanensis: an liceat regi Hispaniae defendere ducem Mediolanensem contra regem Franciae? - Respondeo, si res esset nostra, omnino licet. Si res est dubia, melior est conditio possidentis. Idem est iudicium tunc sicut de persona privata. Dubito an hoc pallium sit meum: debeo adhibere diligentiam ad sciendum veritatem; quandiu manet dubium, licite illud teneo. Econtrario, si ego dubito an pallium sit meum; alius possidet: quandiu maneo in dubio, non licet mihi rapere pallium. Ratio est quia ille habet ius habendi: ergo ego non possum habere ius accipiendi, quia bellum non potest esse iustum ex utraque parte. Et sic ad dubium dico quod in re dubia non licet. Quando tamen ingressus est dux iusto titulo, licet eum defendere bello.

Econtrario autem dico quod non liceret in illo casu iuvare invadentem; exponeret enim se iuvans periculo, postquam res est dubia; faceret iniuriam possidenti.»

Müssen die Untertanen wissen, daß der Krieg, zu dem sie das Staatsoberhaupt aufbietet, gerecht ist, bevor sie folgen? - «Videtur quod teneantur scire, quia alias oporteret excusare omnes qui sequuntur regem Franciae contra Hispanos, et econtra, si non tenentur scire bellum esse iustum. Et si non tenentur, sed iuste procedunt : ergo non liceret eos occidere, quia sunt insontes. In contrarium est quia ipsi milites non sunt iudices. Ergo non tenentur scire. — Respondeo, si constat bellum esse iniustum vel si scitur vel isti habent conscientiam quod est iniustum, non possunt bellare, etiamsi cogantur a principe. Ratio est quia ille peccat mortaliter, et obediendum est Deo potius quam illi. Secundo dico quod plebei, qui non admittuntur ad consilium principis, non tenentur scire causam belli iustam, sed possunt sequi regem. Patet hoc, quia non omnes possunt informari de causa belli. Tertio dico quod magnates qui ad consilium principis admittuntur, illi tenentur inquirere de causa belli, ad eos enim spectat hoc. Praeterea, debent monere regem an oporteat vel non; debent enim iuvare consilio. Quarto dico quod militibus, ubi non constat causam belli esse iniustam, sed est dubium, illis licet sequi bellum. Probatur: quia miles tunc est inter duo dubia. Si eat ad bellum, est in periculo prosequendi bellum iniustum; si non eat, exponit se periculo deserendi regem et patriam in necessitate. Sed quando quis est inter duo pericula, debet sequi id quod est minus malum; sed minus malum est nocere hostibus quam reipublicae propriae: ergo. Secundo, quia, ut diximus, illi non tenentur inquirere causam belli, quia non spectat ad omnes scire eam. Ergo ubi dubitant possunt milites procedere ad bellum. Verum est quod, ut diximus in materia de ignorantia, si illa est crassa et quasi ignorantia volita, non excusat. Ita dico quod, si sunt apparentiae quod bellum non est iustum (ego dubito, sed quia habeo affectionem ad regem meum claudo oculos: quid ego scio?) dico quod tunc non excusarer a peccato. Quando ergo dicimus quod ubi est dubium possunt sequi bellum subditi, intelligitur quando dubium est probabile. Praeterea nota quod, ubi constat postea, quod bellum fuit iniustum (ante dubitabamus; bona fide sequuti sumus regem; constat nobis postea bellum esse iniustum): dico quod tunc tenentur milites restituere ablata, quando facti sunt ditiores. Non dico quod tenentur de damno illato quod combusserint civitatem, quod comederent alia

quaecumque, sed tenentur restituere ea quae habent in manibus ex quibus ditiores facti sunt. Rex forte tenebitur restituere totum damnum.» Das Söldnerwesen und das Reislaufen der alten Eidgenossen kommen hier auch noch zur Erwähnung, begreiflicherweise nicht in günstiger Beurteilung: «Dico ulterius, quod qui sunt parati ire ad omne bellum, non curant an sit iustum vel non, sed vadunt cum eo qui maius stipendium dat, nec tamen sunt subditi, peccant mortaliter non solum quando eunt, sed semper quod ea afficiuntur voluntate. Dico praeterea quod, ubi res est dubia, non possunt auxiliari, ut sunt Helvetii, ferre auxilium alteri parti quando non sunt subditi.»

Wann hört im Kriege das Recht zur Tötung der Feinde auf? Die Antwort ist gewissenhaft differenziert; obschon sich keine Sentimentalität anmeldet, sondern der Blickpunkt auf das Ziel, den Endsieg, bestimmend bleibt, ist die Konsequenz umso bewunderungswürdiger, mit der er die ethischen Grundsätze, von eigener Befangenheit gegenüber einzelnen Zeitanschauungen abgesehen, scharf im Auge behält und zur Geltung bringt. Das geht aus folgenden Details besonders deutlich hervor: « Ubi ad finem victoriae opus est occidere innocentes, licet. Sicut expugnatur civitas; opus est bombardearla: ex hoc sequuntur mortes innocentium: sequantur, quia hoc est de per accidens. De hoc non est dubitandum, sicut si expugnaretur castellum ... ubi possunt distingui nocentes ab innocentibus, isti non possunt occidi.» Darf der Feldherr eine Stadt zur Plünderung in Aussicht stellen? «Videtur quod sic, quia alias non posset obtineri civitas. Fiunt milites alacriores et tunc hostes magis timent. Ita est quod hoc oportet ad consequendam victoriam ... Respondeo, si hoc non est necessarium ad summam belli, gravissime peccant qui hoc permittunt ... si hoc est necessarium, possunt duces permittere hoc, milites autem non possunt facere sua auctoritate ... duces tunc debent monere milites ne occidant innocentes. Sed dato quod sciant quod ex hoc milites possunt facere multa mala, bene tamen possunt hoc permittere ... semper in civitate praesumuntur esse aliqui innocentes, et ideo non est pium nec christianum in universum omnes occidere ... potius deberent duces post partam victoriam occidere nocentes ad sumendam vindictam ... Ponamus quod nunc sunt innocentes in civitate; non nocent; sed si permittamus eos vivere, postea nocebunt. An liceat eos occidere? Videtur quod non, quia de facto non nocent. Sed contra, quid prodest eos nunc relinquere, si postea bellabunt contra nos? Respondeo quod non licet, quidquid dicant milites ... » Nicht minder

eingehend prüft er hier und anderwärts (q. 66. a. 8) die rechtlichen Belange über Kriegsbeute.

Zum Schlusse dieser Darlegungen kommt Vitoria noch auf die Frage der Gefangenen, vandalischer Verwüstung des Feindlandes, auf die Geiseln, und sogar auf die Gefechtsübungen, «Manöver» würden wir sagen, zu sprechen; einzelnes ist zeitgenössische Theorie, im allgemeinen aber persönliche, ethisch orientierte Stellungnahme, die energisch gegen Unrecht und Sinnlosigkeit protestieren kann, so gegen Verwüstungen der Spanier in Frankreich und Tötung französischer Geiseln (q. 40. a. 1).

Das Parteien- und Verschwörungsunwesen, die Umtriebe jener Zeiten geben Vitoria Anlaß zu strengen Worten gegen die ehrgeizigen oder mißgünstigen Säer von Zwietracht, Feindschaften, die Stifter fortwährender Unruhen, im Artikel: « Utrum seditio semper sit peccatum mortale. » Er ereifert sich hier in einer Weise, die wiederum von seinem sittlichen Ernste und seinem Einsatz für das Gemeinwohl zeugt: « Quaero an omnes isti qui sunt in factionibus, que andan en bandos, sint in peccato mortali ... certe timendum est an semper sint in peccato mortali. Sed non credatis quod isti solum propter seditionem et factionem eant ad infernum, sed quia habent multa alia peccata; immo revera tales non sunt christiani, semper enim procurant malum proximi, multis nocent, fugiunt pacem; ideo nec mirum est quod damnentur. Certe alii meliores illis damnantur; non dubitetis. Quomodo ergo tales sunt christiani qui nunquam volunt bonum proximi, sed semper curant malum et impediunt quodcumque possunt bonum alterius partis ... revera sunt diaboli, quia diabolicum est nolle pacem, sed in seditione semper versari » (q. 42. a. 2. n. 2).

Seiner Entrüstung verleiht er pathetischen Ausdruck, wenn er etwa das Wucherwesen geißelt, das gerade in seiner spanischen Heimat mit deren wirtschaftlichen Entfaltung damals sich breit machte: « Isti campsores, los contrastes, solum debent commutare pecuniam unius speciei pro alia, et hoc est officium illorum. Sed isti qui sic sunt instituti pro commutationibus pecuniarum, invenerunt sibi aliud officium et artem aliam, scilicet mutuandi pecuniam indigentibus, et postea recipiunt compensationem . . . An hoc liceat istis campsoribus. — Videtur quod sic, quia isti campsores iurant quod sit licitum, quia pro industria sua dicunt quod licitum est aliquid recipere et etiam pro beneficio praestito, quia dant aliis pecuniam qua egent ad v. g. emendum domum, et si aliquid recipiunt, non illud recipiunt pro mutuo, sed pro

industria et beneficio praestito. Secundo, etiam volunt excusari, quia dicunt quod non faciunt contractum nec pactum, nec aliquid ipsi exigunt. Si ergo alius dat illis aliquid, quare, dicunt, non licebit nobis illud accipere? - Respondetur ad hoc distinguendo. Vel illi faciunt pactum tacitum vel expressum, vel non. Sic primo, dico quod si nullo modo faciunt pactum nec expresse nec tacite, tunc quidquid detur campsoribus ex benevolentia pro beneficio, licet eis accipere gratis . . . Secundo dico quod si fiat pactum tacitum vel expressum, est usura. Tertio dico quod omnes campsores sunt usurarii ... omnes qui a campsoribus recipiunt mutuum, sciunt et fatentur quod gratis non sibi datur sed pro bona compensatione ... Et omnes isti campsores fugiunt a confessoribus peritis, sed hoc non excusat illos. Ego semper cogitavi et credo omnino quod, sicut Deus instituit et providet quod in quovis populo sint aliqui boni et veri christiani ut alii exemplo eorum obsequantur Deo, sic credo quod Deus permittit magnos peccatores qui semper sustineant vitia, de quibus dicitur: 'Qui sordescit, sordescat adhuc' (Apoc. 42). Ut videamus quantum malum sit peccatum et aurum; ut videamus quantum malum sequeretur si passim permitterentur usurarii! Certe dominarentur orbem! — Ex his sequitur quod sicut isti campsores sunt usurarii, ita et illi qui ponunt pecuniam apud illos. Iste usus non est Galliae nec alibi, nisi in Hispania. Et quod sint usurarii patet, quia sunt participes usurarum ... dant pecuniam suam campsoribus ad usus illicitos ... » (q. 78. a. 2. n. 63).

Unbarmherzig kann Vitoria reden, wenn er gewisse Mißstände in der Regierung der Kirche, in der kirchlichen Verwaltung, verderbliche Mängel bei den kirchlichen Amtsträgern rügt. Hier mag er zuweilen in der Glut seiner Anklagen, Warnungen und Drohungen an Savonarola erinnern. Man kann sich dem Eindruck nicht verschließen, daß er seine Aufgabe zumal dann echt apostolisch auffaßt. In der großen Schar der ihm zuströmenden Hörer sah er die geistige Elite seines Landes, unter ihnen sah sein kluges Auge auch mehrere, welche vielleicht schon bald in die bischöfliche Hierarchie aufsteigen sollten, von deren Bildung, Persönlichkeit, Verhalten und Wirken eine Überwindung der Kirchenkrise mithin entscheidend abhängen konnte. Was er mit derart scharfer Sprache wollte, war also Aufrüttelung der Gewissen zur Anbahnung der echten « Reform an Haupt und Gliedern », Weckung, Entzündung des Reformeifers in möglichst allen, auch in den zähflüssig Geruhsamen, darum haben seine Worte selbst die sengende Kraft eines Brandes, sind schon an sich wie ein Widerschein des Höllenfeuers,

mit dem er droht. Seine Leidenschaft stammt aus großer Liebe zur Sache der Kirche, das verleiht ihm die im tiefsten Grunde geradeso selbstlose, um seine eigene Person, seine eigene Stellung und seinen Einfluß unbekümmerte wie gegen andere rücksichtslose Unerschrockenheit: er wächst hier zum Bekenner.

Der ganze Ernst der Situation wetterleuchtet in den Worten über die Interesselosigkeit mancher Bischöfe um die Glaubenslehre. « Maiores, ut episcopi, ... non sufficit quod credant, sed magis explicite tenentur scire ad hoc quod possint illa docere, et tenentur esse parati reddere rationem fidei ... Revera maior pars episcoporum se contenta con lo que sabe el labrador 1. An ergo episcopi condemnentur? Quidam Parisius dicebat: dolendum est de illis. Et revera merito illud dicebat, postquam tantum honorem sibi vindicaverunt, et scientia quae illis annexam esse debet, est quasi rara avis in terris, quandoquidem in paucioribus quam oporteat reperiatur; utpote multae insurgunt haereses, et quasi nullus episcopus hactenus inventus est qui eis obviam eat. Solus unus episcopus est modo in Ecclesia, puta Roffensis, vir magnae doctrinae, qui scribat contra lutheranos. Et ideo merito dolendum est de illis, praesertim quia cum ipsi teneantur scire subtilitates fidei et scribere contra haereticos, nec sciunt nec scribunt, et alii qui non tenebantur scribere, scripserunt. Secundo dicebat ille, ne mirum quod damnentur. Poterunt namque ipsi dicere quod alii meliores illis damnantur. Certe aliquis eorum fallitur cum dicit se scire utrumque testamentum ... Si aliqua excusatio est, certe non est alia nisi quod si non sciunt, provideant de viris doctis. Et maxime excusantur si faciant quod praedicetur verbum Dei. Sed utinam non impedirent!» (q. 2. a. 8. n. 8). Auch den Mangel an sonstigem pastorellen Interesse muß er bei Bischöfen beklagen. Da er von der gegenseitigen Liebe der Urchristen spricht, macht er eine kurze, doch bezeichnende Anspielung: « Certe diligebant se tunc plus quam fratres et plus quam parentes diligunt filios. Et hoc est quod dicit Paulus: 'Quis uritur et ego non uror?' etc. Ita certe id modo curant episcopi, ut non possint dormire prae cura existentium in mortali! Et tamen certe Paulus dicit: 'Quis uritur, et ego non uror?' » (q. 44. a. 7).

Zur Frage, ob die Bischöfe gehalten seien, die Pfründen den Würdigeren und Fähigeren zu verleihen, äußert er sich unter anderm so: «Ad examinandam quaestionem istam, oportet scire veritatem; quia

¹ « . . . gibt sich mit dem zufrieden, was der Bauer weiß. »

si verum est quod tenentur semper eligere potiorem, certe aliqui episcopi sunt in periculo animarum, quia non semper sic eligunt » (q. 63. a. 2. n. 5). Eingehend verwertet er Schrifttexte wie Jak 2, 1; 1 Tim 3, 2 ff.; 5, 17 f.; Joh. 21, 15 ff. sowie andere Gründe für seine Auffassung, daß der kirchliche Oberhirte den Würdigeren vorzuziehen habe. Die Sitte, bereits Kindern Pfründen zu verleihen, bleibt nicht unerwähnt: «Contra propositum etiam principaliter arguitur, quia sequeretur quod nunquam liceret dare beneficia pueris primae tonsurae. Consequens autem est falsum, quia iura permittunt quod pueris septem annorum dent beneficia, et tamen si non liceret, iura non permitterent quod darentur illis. Et cum isti omnino sint non idonei, sequitur quod non semper tenetur episcopus digniorem eligere. — Ad hoc dico quod an hoc bene fiat, non est multum verisimile, quia regulariter periculosun est illis conferre beneficia, postquam est incertum quid facturum sit de illis. Sed tamen illo dato, quod scilicet bene fit, dico secundo negando consequentiam, scilicet quod nunquam liceret illis dare. Et ratio est quia episcopus non debet respicere ad tempus praesens, sed ad futurum, id est non quis plus prosit in praesenti, sed in toto tempore. Et hoc intelligo de puero qui videtur esse bonae indolis, et habet dominum qui faciet illum studere, et tandem erit doctus ... quia puer cum strenue dabit operam litteris, est optima spes quod evadet doctus, licet frequenter ista spes deficiat » (n. 11). Obschon diese Beurteilung einer damals noch hingenommenen Gepflogenheit gewiß maßvoll ausfällt, darf man nicht übersehen, daß sowohl die ersten wie die letzten Worte eine deutliche Warnung enthalten, die ihre Wirkung bei aufmerksamen Hörern nicht verfehlen konnte. Vollends ungeschminkt wird seine Stellungnahme zu so heiklen Dingen im weiteren Verlauf der über nicht weniger als dreißig Druckseiten verteilten Behandlung unserer Frage: « Utrum in dispensatione spiritualium locum habeat personarum acceptio.» Er macht sich selbst den Einwand: « Si hoc est verum, quod episcopi semper tenentur eligere potiorem, cum ergo sic non fiat, vae episcopis, quorum certe pauci vel nulli hoc curant! Sed quamvis non sic fiat nec faciant hanc diligentiam, multi tamen episcopi aestimantur boni. Gravissimum ergo videtur damnare eos. » Die Antwort lautet: « Ad hoc dominus Beda 1 Parisius dabat

¹ Noël Béda († 1537), Syndicus der theologischen Fakultät an der Sorbonne, als Vitoria noch dort studierte. Über ihn vgl. Dict. d'hist. et de géogr. ecclés., VII, Art. Béda (Noël). Vitoria spricht von ihm, ohne ihn zu nennen, im gleichen Sinn bereits q. 2. a. 8. n. 8, wie wir es oben S. 282 zitiert haben.

multas solutiones; sed quia non satisfaciebant, dicebat quod dolendum est quod omnes damnentur. Respondeo, et dico primo: quod omnes episcopi qui in aliis ecclesiasticis regendis et gubernandis sunt solliciti, sicut in his quae pertinent ad episcopatum, ut visitare subditos et praedicare etc., gerunt etiam curam in distributione beneficiorum. Sed episcopi qui non visitant subditos suos, et qui nihil aliud curant nisi redditus exigere exacte, non mirum est quod damnentur, praesertim cum in multis aliis sint negligentes et non solum in distributione beneficiorum ... Secundo dico quod, etsi aliqui damnentur, non mirum est, cum alii etiam damnentur qui non sunt in tanto periculo. Quanto enim quis est in sublimiori statu et dignitate, tanto in maiori periculo versatur, ut inquit Augustinus. Et revera in toto episcopatu Salmanticensi vel in quocunque alio episcopatu nullus est in tanto periculo et damnatione sicut est episcopus, nec scortum, quia suae animae et omnium subditorum animarum rationem debent reddere, quia omnia oportet quod ponant pro salute unius animae ... Sed haec omittamus, quia hic non sumus constituti iudices ad condemnandum episcopos vel ad determinandum quid faciant, sed quid faciendum sit; maxime quia propter nostrum negare vel affirmare nihil ponitur in re, id est nec ipsi salvabuntur nec condemnabuntur, Deus enim scit an damnabuntur vel salvabuntur » (n. 13).

Freilich versteigt sich Vitoria nicht zur Behauptuung, jede unsachlich parteiliche Bevorzugung der Person sei schon Todsünde: « Sine dubio acceptio personarum in rebus spiritualibus est peccatum mortale ex genere suo ... in proposito dico de episcopis quod non semper erit mortale praetermittere digniorem ubi non est magna differentia in ordine ad utilitatem populi, dummodo subveniat dignis ... possemus mitius dicere, quod semel praeferatur aliquis dignus digniori, non erit mortale, quia non vertitur in magnum incommodum regiminis . . . Sed tamen si pluries et ordinarie hoc faceret, peccaret mortaliter ... Licet ego non sim securus de hoc, nescio enim an haec excusatio valeret coram Deo ... » (n. 14). Er bemerkt hernach ausdrücklich, daß er von Pfründen spreche, mit denen Seelsorge verbunden ist. Auch unterdrückt er nicht folgende kritische Glosse: « Verum est quod mala providentia Ecclesiae est quod beneficium magis tenue sit cum cura animarum, sicut quod canonicus habeat ducentum millia-dipondiorum, et curatus duo millia, quia uno inconveniente dato, plura sequuntur » (n. 16). Seltener Freimut offenbart sich in dem, was er zur Häufung von Benefizien auf die gleiche Person anbringt: « Quasi sem-

per et regulariter est acceptio personarum habere plura beneficia. Cum alii sint qui possunt illa regere, revera est manifesta iniquitas. Et si dicatis 'iste est nobilis': certe, si illa nobilitas esset multum profutura Ecclesiae, bene ceteris paribus esset praeferendus omnibus. Sed revera in collatione tali semper et ut in plurimum intercidit ipsa ratio nobilitatis, propter quam non solum bona Ecclesiae, sed etiam bona pauperum sibi usurpant. Pro quo est notandum quod haec beneficia ecclesiastica instituta sunt ex bonis communibus ex omni genere christianorum, et ideo fit iniuria magna si non distribuantur proportionabiliter, sic scilicet quod non sit omnis respectus ad personam, sed etiam ad dignitatem et merita et ad utilitatem Ecclesiae ... Loquendo ergo de beneficiis incompatibilibus, in pluralitate beneficiorum est acceptio personarum. Et si arguas : quia pro nutrienda nobilitate oportet dare plura beneficia alicui; respondetur quod licet ad hoc respiciendum sit, tamen non solo titulo nutriendae nobilitatis debent occupare omnia bona pauperum. Et si dicas quod habent dispensationem : dico quod in ipsa dispensatione est acceptio personarum et peccatum, quia quod papa dispenset cum non idoneo, cum alius sit magis idoneus, est acceptio personarum ... » (n. 17).

Selbst an den Kaiser ergeht vom Universitätskatheder aus in kluger Weise ein Wink: « Sed dubitatur de rege, an teneatur conferre episcopatum dignioribus. Satis esst quaerere de sufficientibus, et utinam semper sic fieret! Clamaret profecto civitas Salmanticensis si imperator poneret in ea praetorem malum et amentem; et tamen si episcopus indignus et malus eligatur ad regimen animarum, non fit mentio, nec de moribus fit quaestio. Et utinam ultima quaestio quam faceret rex esset de moribus illius qui eligitur! Breviter dico quod si rex non conferret episcopatum dignioribus, — credendum est quod sic fiat, quia habet doctissimos et sanctissimos consiliarios, — sed dico quod si non ita conferat, non est dubium nisi quod non potest maius sacrilegium fieri circa Deum quam male providere episcopatum, ubi est periculum animarum, et esset magnum peccatum acceptionis personarum » (n. 19).

Über die moralische Erlaubtheit der Annahme erfolgter Ernennung oder Wahl wird das Auditorium belehrt: «Saltem dubitatur, si episcopi qui vocantur non quaerunt episcopatum, supposito quod sunt indigni, an excusabuntur vel an peccent acceptando? — Respondetur quod non excusantur; licet non quaerebant nec cogitabant de episcopatu, si tamen sunt insufficientes et indigni ad administrandum episcopatum, non excusantur. Sicut si aliquis artificem aliquem vocaret ad hoc quod incipiat facere una traza de casa 1, et ille est sutor, et perdit domum: an talis excusaretur de illo damno per hoc quod vocatus fuit. Dicit Chrysostomus quod non. Ita de episcopo est dicendum, quod non excusatur si ex imbecillitate illius oves pereant, quantumcumque vocatus fuerit ad episcopatum » (n. 20). Ebenso kompetent und unbestechlich urteilt der Theologe von Salamanca noch über die Normen bei Ausübung von Wahlrechten, sowie über allfällige Restitutions- und Schadenersatzpflichten aus Mißbrauch solcher Ernennungsoder Wahlbefugnisse oder Einmischung in derartige Angelegenheiten.

Vitoria findet es angezeigt, auch zu Mißbräuchen römischer Praxis in der Umleitung kirchlicher Einkünfte ein Wort zu sagen: «Si sint decimae sufficientes ad sustentationem ministrorum, et papa illas abstulit a ministris et dedit in alios usus, an tunc laici teneantur de novo sustentare ministros? Quod papa ita faciat non est dubium; applicat decimas unius episcopatus vel ad capellanias alterius episcopatus, vel ad aliquod collegium, vel dat regi, vel alicui alteri. - Ad hoc dico: primo, quod papa non est dominus beneficiorum, quidquid dicat Bartulus², sed solum est dispensator et distributor eorum. Unde papa non potest pro libitu suo decimas unius ecclesiae applicare alteri ecclesiae vel alteri episcopatui. Non est dubium quin quisque ignarus aequitatis naturalis dicet quod est vituperabile et iniquum quod decimae unius populi honorati applicentur alteri ecclesiae, et maneat populus cum ministro vel ministris ecclesiae non habentibus unde vivant ... Non est dubium quin sit male factum; papa enim est dispensator, et non dissipator. Et non est dubium nisi quod et papa peccat mortaliter, et ille qui suscipit, quia faciunt iniuriam populo et ministris ecclesiarum. Item, quia privilegium est iniquum, et non dat ius. Secundo dico quod, ex rationabili causa licite potest papa dare decimas unius loci alteri, ut pro bono unius universitatis, como en las tercias y préstamos que tienen estas Escuelas 3. Sed intellige hoc dummodo maneat et relinquatur sufficiens et honestum stipendium pro sustentatione ministrorum talis ecclesiae, qui ministri sint tales pro conditione loci, ut decent populum honoratum ». (q. 86. a. 1. n. 2.)

^{1 «...} einen Entwurf für ein Haus.»

² «Bartulus» wohl: der Kirchenrechtler Mariano Bartolini († 1511), Auditor der Rota und Gesandter Julius II. an Kaiser Maximilian (Hurter, Nomenclator ... II, 1176).

^{3 « . . .} wie bei den Dritteilen und Darlehen, welche diese Schulen erhalten. »

Habsucht und Geiz bei Geistlichen sind unserem Lehrer ein Greuel. Zur Frage der Zehntenabgabe vermerkt er: « Arguitur, quod Ecclesia potest statuere quod decimae nunquam abrogentur per contrariam consuetudinem, et videtur quod sit ordinatum et statutum, ut citant canonistae multa capitula. — Ad hoc dico: primo, quod Ecclesia nunquam hoc fecit nec potest facere. Nec valent capitula quae adducuntur, quia non debent bona clericorum esse melioris conditionis quam bona laicorum; sed iura laicorum abrogantur per contrariam consuetudinem: ergo et iura clericorum. Secundo dico, quod dato Ecclesia illud possit, tamen non convenit, et irrationabiliter illud institueret, quia hoc est ambitionis et avaritiae signum, et Ecclesia non debet esse ita sollicita circa bona temporalia, quia clerici non debent esse cupidiores suarum rerum temporalium quam laici; sed quaelibet res laicorum potest abrogari: ergo et bona Ecclesiae ... Est notandum quod cum papa non sit dominus rerum ipsorum laicorum, si sine rationabili causa imponeret novam quotam et maiorem, tunc non esset solvenda, nec laici male facerent non solvendo illam maiorem partem decimae. Et ideo solum est respiciendum ad consuetudinem ... » (q. 87. a. 1. n. 5 ff.).

Das ausgesprochene Gerechtigkeitsgefühl, der soziale Sinn Vitorias rücken in nicht minder helles Licht dort, wo er die Pflichten der Reichen unterstreicht und seine sittliche Entrüstung das Verhalten begüterter Kleriker anprangert: « Non est hominis christiani non timere, si est dives ... quando dicimus quod habens superfluum tenetur facere eleemosynam, non intelligimus quod si habet centum aureos teneatur dare illos, et quod si adquirat mille aureos teneatur dare illos, quia potest esse quod illi non sint superflui, quia oportet quod iste relinquat filiis suis statum, et licite facit; non ita rigide intelligimus conclusionem. Secundo dico quod non dicimus quod statim homo teneatur dare superfluum, et totum. Sat est quod prout sapiens determinavit, det eleemosynam. Si veniret ad me dives habens superfluum dicens: ego do unum assem pauperibus quando ipsi petunt, non absolverem eum magis quam diabolum. Sed si iste facit eleemosynas in aliquibus temporibus anni, et dat egentibus, no una blanca 1, sed bonas eleemosynas, ille adimplet hoc praeceptum. Praeterea, de ecclesiasticis qui habent largos sumptus et habent superfluum, non excusantur si non dent largas eleemosynas, quia isti non habent cui relinquant. Ego bene scio quod non credent ipsi; sed revera ita est quod damnantur

una blanca: die damalige kleinste spanische Münzeinheit.

omnes illi, et melius est quod damnentur » (q. 32. a. 5. n. 11). Soziale Hilfe soll den Vorrang auch vor unnötigen Stiftungen zu religiösen Zwecken haben: «Est argumentum quo aliqui se excusant: volunt enim relinquere ecclesiam fundatam, construere capellam, augere cultum divinum, et ideo dicunt quod non dant pauperibus. — Ad hoc dico: primo, quod dent superflua quomodocumque dent. Ita faciunt clerici; potius volunt relinquere istas capellanias: bene faciunt. Sed ego timeo quod ideo faciunt hoc, ne dent pauperibus; et ideo credo quod male faciunt. Praeterea, quia dato hoc sit verum, tamen quando cultus divinus est bene auctus, male fieret si quis aedificaret templum aut institueret capellaniam relinquendo proximorum graves necessitates. Unde Bernardus carpit eos qui, cum pauperes fame peribant, ponebant aurum in templum. Aliud esset si non essent necessitates, et cultus Dei esset diminutus, quia in tali casu fiant ecclesiae in nomine Domini: optime factum est » (n. 15).

Das Wenige aus dem reichhaltigen Unterricht des Hauptes der verdienten Salmantizenserschule genügt zum Aufweis, daß seine Größe ebensosehr in der Anbahnung der notwendigen Kirchenreform wie in der Entfaltung regen wissenschaftlichen Lebens lag. Schon aus dem I. 1537, der Zeit jenes Lehrkurses über die Secunda Secundae, den Franz Trigo uns überliefert, stammt ein päpstliches Schreiben an die Universität Salamanca, darin Paul III. bat, ihm Vitoria als Konzilstheologen für die in Aussicht genommene allgemeine Kirchenversammlung überlassen zu wollen: « Pari quoque studio a vobis petimus, ut dilectum filium magistrum Franciscum a Vitoria, vestrae Academiae primum in sacra theologia doctorem, de cuius singulari doctrina celebris apud nos fama personat, ad nos ob eandem concilii causam destinetis ... » 1. Die Sache des Konzils wurde aber noch um Jahre hinausgezögert. Als man endlich 1545 vor der Eröffnung stand, war Vitoria durch dauernde Krankheit nicht mehr in der Lage, selber nach Trient zu gehen, so gern auch der Kaiser ihn zu einem seiner Theologen für das Konzil bestimmt hätte 2. Aber er konnte Gutes von der nun

¹ Getino, El Maestro ..., S. 509.

² S. bei *Getino*, Op. cit., S. 278, Auszug aus einem Brief Karls V. vom 17. Febr. 1545 aus Brüssel an seinen Sohn Philipp, worin er ihm mitteilt, er habe auch an Vitoria geschrieben, er möchte abreisen und sich zum Konzil begeben, fürchte aber, daß « el dicho Fray Francisco por sus indispusiciones se excusase» und wähle dann an seiner Stelle Dominikus de Soto. Ebd. S. 277 Text eines zeitlich offenbar bald anschließenden Schreibens Vitorias an Philipp, mit Darlegung seines Zustandes, der ihm die Erfüllung des kaiserlichen Wunsches verunmög-

beginnenden Kirchenversammlung erwarten. Aus seiner Heimat zumal begaben sich verschiedene einflußreiche Männer dahin, die seine Weisheit widerstrahlten und vom Geiste seines Apostolates auf der Lehrkanzel der Universität Salamanca erfüllt waren. Was Franz de Vitoria in geduldig ausdauernder Arbeit gesät, fiel zu Trient, als köstliche Frucht der spanischen Sonne, der Weltkirche in den Schoß.

liche: «... Yo estoy más para caminar para el otro mundo que para ninguna parte de éste; que ha un año que no me puedo menear sólo un paso, y con grand trabajo me pueden mudar de un lugar á otro... y he estado seys meses como crucifigado en una cama...»